

ædem Dipteron fuisse scribit lib. 3. cap. 1. ITEM  
 DE ÆDE MINERVÆ DORICÆ  
 QVÆ EST ATHENIS IN ARCE.  
 Scribendū Dorica, refertur. n. ad ædē, cuius species erat  
 Dorica. Dixi autē de ea cap. 7. lib. quarti. ET LI-  
 BERI PATRIS TEOMONOPTEROS. Admonui lib. 3. non vnā esse dictionem sed  
 duas, idest in Teo insula fuit ædes monopteros dicata  
 Baccho de qua scripsit Hermogenes. Quid autem esset  
 ædes monopteros, scripsimus lib. 4. cap. 7. DE MAV  
 SOLEO SATYRVS ET PHITEVS.  
 Meminit Pythii veteris cuiuspiā Architecti cap. i. lib. i.  
 qui ædem Mineruæ sit Priencæ architectatus. Et lib. 4.  
 cap. 3. Pytheum dicit, vt possit idem esse Architectus,  
 tantum moneo, nihil statuo. NANQVE SIN-  
 GVLIS FRONTIBVS, SINGVLI  
 ARTIFICES SVMPERVNT CER-  
 TATIM PARTES AD ORNAN-  
 DVM ET PROBANDVM, LEO-  
 CHARES, BRIAXES, SCOPAS,  
 PRAXITELES. De Mausoleo, Plin. lib. 36.  
 cap. 5. in hunc modum. Patet (inquit) ab Austro & Se-  
 ptentrione sexagenos ternos pedes. Breuius à frontibus  
 toto circuitu pedes quadrigentos. xi. Attollitur in altitu-  
 dinem. xxv. cubitis. cingitur columnis. xxxvi. ab Orien-  
 te cœlavit Scopas, à Septétrione Bryaxes, à meridie Tim-  
 motheus, ab occasu Leochares, &c. COEGIT AD  
 SEPTEM SPECTACVLORVM E-  
 IVS OPERIS PERVENIRE FOR-  
 MAM. Orbis septem miracula, præter cæteros recen-